



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi
Sacramenta Tempore pestis**

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

24. An etiam hæreticum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

cūdum amplissimam Dei misericordiam:
Si aliquem sacerdotē impediret illo tem-
pore sacramenta ministrare.

Dices: præcisus ab ecclesia, non potest
ministrare sacramenta absq; peccato. Ne-
mo ergo poterit illum ad id inducere.

R. Præcisum non peccare in illo extre-
mæ necessitatis articulo, hic enim semper
excipitur.

Dices secundo: Præcisio non tollitur
per contritionem, debet ergo præcisus pro
reconciliatione ad superiorem recurrere,
priusquam tale officium suscipiat.

R. Verum esse, si facile fieri possit absq;
periculo animarum, sed hic versamur in
casu quo res moram non patitur nec po-
test commode ad superiorem recurri: Ita-
que excusantur: Alioqui enim ecclesia ut
ante diximus, quæ à Spiritu sancto regitur
non satis prouidisset saluti fidelium ex hoc
seculo exeuntium.

Q V A E S T I O XXIV.

An etiam Hæreticum.

Quæstionis explicatio.

Inter sacerdotes ab ecclesia præcisos,
periculosissimi sunt hæretici, qui in id
perpetuo intenti sunt, ut alios adsuas opi-
niones allicant: Cum autem omnes tum

E 3 Luthe-

Lutherani tum Caluinistæ sacramenta nuda & inefficacia signa esse opinentur, gratiamque quam per Sacra menta nobis credimus, soli fidei tribuant, merito Catholici sibi timere debent, ne si illorum aliquem pro sacramento ministrando vocent, loco

sacramenti illis hæresim suam instillent, adde

a Reuerendissimi Matthe. Houiss Archiepisc. Mechl. & Henric. trius Episc. Rurem. in suis parochialib. Ille de quod solent (sic ut a) ei erudit si mi & grauiſſ. viri annotarunt) sacramentorum formas per- uertere, materiam contemnere, intentionē vitiare, quæ tamen ad sacramentorum essen- trius sunt necessaria. Merito ergo speciatim de huiusmodi præcisis quæritur: An & illi aduocari & induci possint, ut sacramenta illo tempore ministrent?

Baptif. can.

Responsio.

10. Hic de Baptism. can. 9. I aliis sacerdos haberi non possit, po- terunt aduocari Si modo de intentione

ministrandi constiterit & prudenter peri- culu subuersioneis caueatur. Ut patet ex iis, quæ superioribus quæſtionib⁹ diximus.

Dixi primo: (*Si modo de intentione mini- strandi constiterit*) quia secundum cœmu- nem eamq; certissimam aliqua faltem in- tentio conficiendi sacramentum requiri- tur, puta faciendi quod Christus institutor sacramentorum fecit, quam quidam hæ- ricorum habent,

Dixi secundo: *Si periculum subuersioneis ca- ueatur,*

neatur, quia stante illo vel simili, ut publici scandali vel infamiae, religionis, aut contemptus sacramentorum, non licebit, sed illo casu potior habenda erit ratio boni publici & reuerentiæ sacramentis debitæ.

Dices primo: Non potest vocari hæreticus sine scandalo: ergo simpliciter non est aduocandus, neque in extrema necessitate.

R. Scandalum illud fore aliquando aetiuum, aliquando passiuum tantum & excusabile, quando vero erit vnius vel alterius generis ex ordine charitatis, & ex generali obligatione vitandi scandalum & proximi ruinam, iudicandum est. Nam (ut superioribus quæstionibus diximus) si commode possumus, & sine magno detrimento, debemus auferre proximo occasionem ruinæ, quia hoc postulat ratio charitatis: Si vero id sine graui incommodo ac detimento vitare non possumus, non obligamur cum tanto onere ad omittendū ea, quæ sunt nobis ad salutem necessaria. Ceterum etsi hæc vera sint, non suadeo tamen, ut quis hæretici opera facile vtatur, nisi qui hæreticorum malitiam & fraudulentiam, perspectam habuerit, & ab ea sibi cauere probe didicerit.

E 4 QVÆ-